

abscessus fiat, capax sit materiæ expellendæ, & ut bonus sit abscessus, fieri debet infra & longissimè ad extrema, & ut supuretur. Hinc petechiæ lethales, quæ vacuare materiam non possunt, sed materiam malignam ad cor revehant. *Galenus cit. locò* abscessus in ardente legitimâ non admittit, sed solùm in spurtiâ.

Absque evacuatione criticâ & abscessu si solvatur ardens, metuenda est **RECIDIVA**. Id quòd *ε. 12.* innuit *Hippocrates*. ἦν δ' ἀνευ τῶν λυθῆ, ὑποσφοῖ παλιν ἔσαι τῆς ἀρρώστιας, ἢ ἰσχίων, ἢ σκελέων ἀλγῆμα ξυμβήσεται, καὶ πύσεται παχέα, ἢ μέλλῃ ὑγιῆς ἔσεσθαι. *Sin* verò *citra* hæc solvatur, revertetur morbus, vel coxæ, vel crurum dolor continget, & si evasurus sit, crassa exspuet.

Et sanè magnam naturæ vim esse, quis non animadvertit. Singulas lustrat partes corporis, expurgat, à sorditie liberat, vigorique pristino restituit.

## CAPUT XXXII, causus spurius quò modò tendat ad salutem, ostendit.

**I**N ILLEGITIMA ardente, ad **SALVTEM** terminationis modum proponit *Cous 4. de rat. videt. in acutis t. 13.* nempe κατ' ἔκρηξιν; & quidem τῶν ῥινῶν, per hæmorrhagiam narium: vel κατ' ἀπόσπασιν, per abscessum. τῶ τοιοῦτῳ ἦν μὴ αἷμα ἐκ ῥινὸς ῥυῆ, ἢ ἀπόσπασμα πρὸ τὸν τράχηλον γένηται, ἢ σκελέων ἀλγῆμα, καὶ πύσματα παχέα πύσῃ, ἢ ἰσχίῳ ὀδύνη, ἢ αἰδοῖσιν πελῖωμα [ ταῦτα δὲ ξυστάσεως τῆς κοιλίας γίνεσθαι ] & κέμεται καὶ ὀρχίς ἐσταθεῖς, κρητικόν. *Huius* iudicatio minimè continget, nisi sanguis è naribus profluxerit, aut abscessus circa collum, aut crurum dolor oboriatur, & spurta crassa exspuat (quæ alvo suppressâ contingunt) aut coxæ dolor, aut pudendæ livor obvenerit. Testiculi etiam tensio iudicationem significat.

*Galenus in commentò* hæmorrhagiam narium in illis spuriiis admittit febribus acutis, ἐφ' οἷς ἢ τὸ πάθος σύστασις ἐν τῷ πνεύ-

μορι